

Caules plures ex radice, procumbentes, teretiufcūli, glaberrimi, digitales & spithamales ramulis brevibus.

Folia radicalia in orbem profusa, pinnata: pinnis setaceis, bi-trive ramosis, brevibus, glabris.

Caulina alterna, sessilia, simillima.

Flores subglobosi, solitarii, terminales cauli & ramulis.

CAL. communis hemisphæricus, subangulatus foliolis subæqualibus, duplicis seriei: exterioribus paulo longioribus dorso crasso convexo, auctis lateribus membranula fusca, tenui, obtusa; interioribus brevioribus, latioribus, obtulis, membranula minori.

COR. composita, uniformis, tubulosa, elevate hemisphærica:

Corollula disci copiosa, hermaphroditæ: tubo brevi, dorso compresso, quadrifariam ventricoso; **Limbo erecto, subtubulato, longitudine tubi: ore obtuso, quadridentato.**

Corollula radii femineæ, æqualis cum ceteris altitudinis: tubo simillimo; limbo erecto, interius bifido.

STAM. quatuor syngenesiæ; in radio nulla.

PIST. **Germe** oblongum, corollulæ magnitudine. **Sylus** erectus, corollula brevior. **Stigma** simplex, obtusum, truncatum.

Flosculis femineis **Germe** simillimum. **Sylus** erectus, filiformis, corollulæ longitudine, superne bifidus. **Stigmata** obtusa, paulo divaricata.

PER. nullum. **Calyx** immutatus.

SEM. oblongo-linearia, teretia; dorso convexo, striato, apice gibbulo; antice quasi tetragona; angulis obsolete. **Corona** nulla.

REC. conicum nudum.

Vaillantius in act. paris. 1720. p. 317. v. 1. facit plantam hanc varietatem Chamæmeli nobilis f. Leucantheme odoratoris C. Bauh. sed nostra planta est revera distincta & quod radio careat & quod flosculis quadrididis donata sit.